



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Stephani Collegivm Parisiense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

S. GERMANI ANTISSIODOREN-
*sis collegium Canoniorum in vrbe
 Parisiensi.*

Collegium ac templum istud olim extra,
 nunc intra muros vrbs Parisiensis sitū,
 initia sua debet *Childeberto II.* Franciæ Regi
 Christianissimo, eiusque coniugi *Vultrogota*,
 qui in honorem S. Vincentij Martyris illud à
 fundamentis excitarunt. Hodie dicitur S.
 Germani Antissiodorensis, estque non pro-
 cul situm à Lupara arce ac sede Regia.

COLLEGIUM CANONICORVM
Sacræ Capellæ in palatio Parisiensi.

Anno 1154. *Ludouicus Crassus* Galliæ Rex
 fundauit sacellum B. Mariæ de Stella,
 eo loco, quo nunc visitur, illa admirandi o-
 peris sacra Capella, vt vulgò nuncupant, quã
 anno 1245. S. *Ludouicus* Galliæ Rex ædifican-
 dam curauit. Idem Rex in dicta Capella spi-
 neam Domini coronam, cum alijs sacris reli-
 quijs à *Balduino* Imperatore dono acceptam
 anno 1247. honorificè collocauit.

Inter Canonicos primarius est *Thesaurari-*
us qui ex singulari priuilegio intra ambitum
 palatij in Sacris Pado & Mitra vtitur.

S. STEPHANI COLLEGIUM
Parisiense.

Inter templa vrbs Parisiensis omnium an-
 tiqui-

tiquissimum habetur templū *S. Stephani Græcorū*, in quo hodie est collegiū Canoniorum & parochia, olim intra, nunc extra vrbis muros. Tradunt id dedicatum fuisse à *S. Dionysio* Ep. Parisiensi, quem volūt Arcopagitā fuisse, atque è Græcia cum suis in Galliam venisse. de qua re vide Iacobum Breulium lib. 1. Antiquitatum Parisiensium.

S. TRINITATIS COLLEGIVM Canoniorum in saltu Vicennarum.

ALtero ferè lapide à Lutetia Parisiorum est nemus siue saltus Vicennarum muris vnde qua que cinctus in vsum Regiæ venationis. In dicto saltu visitur arx Regia, cuius facellum Carolus V. Gallix Rex condidit in honorè Sanctissimæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ Virginis, addito Canoniorum collegio: Diploma foundationis anno 1379. datum, existat apud Chopinum lib. 1. de sacra Politia tit. 8. Dotem auxit postea eius filius Carolus VI. anno 1408.

CAPVT VI.

S. MARIAE TORNACENSE COLLEGIUM cathedrale in Belgio.

HVius vetustissimæ Ecclesiæ velut auctor & parens habetur *S. Piatas*, Nerviorum Apostolus, qui Diocletiano & Maximiliano